

Etum copiosum feretis, i. e. propagabitis & conservabitis Evangelium. Hoc accommodemus ad nostram vocationem, i. e. ad genus vitæ scholasticum: quod non debemus abjicere propter contemptum aut odia mundi aut difficultates temporum. Tu fortassis ita cogitas: Quid mihi profunt mea studia? cur discam in tantis tumultibus? Es studiret sich zumal übel/wenn es so seltsam zugehet in der Welt. Omnes discimus languidius, cum experimur tantas turbas, tantas confusiones. Sed debemus repugnare huic imbecillitati animorum: non debemus propterea abjicere studia. Debemus scire, ea necessaria esse propter gloriam Dei & propter Ecclesiam, quæ semper est mansura. Debemus statuere, quod noster labor sit profuturus nobis & aliis multis. Primùm nobis, ad vitam æ. & in gubernatione vitæ nostræ: deinde aliis, ut adducantur per nos ad agnitionem Dei! & juventur à nobis in vita communi. Hanc consolationem proponit nobis Paulus: *Labor vester non erit inanis in Domino.* Dicit: *in 1. Cor. 15. 58.* *Domino:* ut significet, Deum facere, ut labor noster non sit irritus. Tu igitur discas, & speres, studia tua profutura non solùm tibi, sed & aliis. Differunt quidem successus laborum: unus alterò servit utilius! Elias & Eliseus plus faciunt, quàm aliquis nostrum. Illa Deus dispensat pro suo arbitriò. Hoc tamen universaliter scire debemus: Deum gubernaturum esse nostros labores, ut sint fructiferi. *Et hoc multò clariùs & nervosius ipse Theander Lutherus Tom. VI. VVittenberg. German. an die Raths Herren vnd Pfarr Herren/ daß man Kinder zur Schulen halten sol/ Anno 1524. vnd 1530: Was ist die Schuld / daß es jetzt in allen Städten so dünne stehet von gelehrten Leuten / ohn der D. brigkeit? wo wil man doch über drey Jahre gelehrte Leute nehmen? Darumb halte ich/ daß nie keine bessere Zeit zum Studiren gewesen sey/ als jetzt / nicht allein weil die Kunst so reichlich vnd wolfail vorhanden ist / sondern auch / daß grosses Gut vnd Ehre folgen muß / vnd die / so in dieser Zeit studiren/ werden thewre Leute seyn/ da sich noch vmb einen Gelehrten zweene Fürsten/ vnd drey Städte reissen werden.*

B II. THEO.